Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ponet desertum eius quasi deliciar
et solitudinem eius quasi ortu dñi
Gaudium et letitia inuenietur in
ea et gratarum actio et uox laudis At
tendite ad me ple meus et tribus
mea audite me. Lex a me exiet et
iudicium meum in lucem populorum re
quiescet. Prope est iustus meus
egressus est saluator meus et bra
chia mea populos iudicabunt.
Oculi insulae exspectabunt et brachi
um meum sustinebunt. Leuate
in celum oculos uestros et intuere
sub ira deorsum quia celi sicut fu
mus liquescent et terra sicut uestimen
tum atteretur et habitatores eius sic
hec interibunt. Salus autem mea in
sempiternum erit et iustitia mea non
defiet. Audite me qui scitis iusti
ple meus et lex mea in corde eorum
Nolite timere opprobrium hominum
et blasphemias hominum ne timea
tis. Sicut enim uestimentum sic come
det eos ueruus et sicut lanam sic de
uorabit eos tinea. Salus autem mea
in sempiternum erit et iustitia mea in
generationes generationum. Consurge
consurge induere fortitudine brac
hium domini. Consurge sicut indi
ebus antiquis generationibus seculo
rum. Nunquid non tu percussisti superbi
nimis draconem. Nunquid non tu
siccasti mare aquam abyssi uehemen
tis qui posuisti profundum maris vi
am ut transirent liberati et nunc qui
redempti sunt a domino reuertentur
et uenient in syon laudantes et letitia
sempiterna super capita eorum. gaudi
um et letitiam obtinebunt fugiet
dolor et gemitus. Ego ipse consolabor
uos. Quis tu ut timeas ab homine
mortali et a filio hominis qui quasi
fenum ita arescet et obliuis es dñi
creatoris tui qui extendit celos et fir
dauit terram et formidasti iugiter to
ta die a facie furoris eius qui te tri
bulauerat et paueras ad perdendum
Vbi nunc est furor tribulantis cito ue
niet gradiens ad aperiendum et non
interficiet usque ad interitionem nec
defiet panis eius. Ego autem sum
dominus deus tuus qui conturbo
mare et intumescunt fluctus eius.
Dominus exercituum nomen meum
Posui uerba mea in ore tuo et in um
bra manus mee protexi te ut plan
tes celos et fundes terram et dicas ad
syon populus meus es tu. Euigilare e
leuare. Consurge ierusalem que
bibisti de manu dñi calicem ire eius
usque ad fundum calicem soporis bi
bisti et exportasti usque ad feces. Non est
qui sustentet eam ex omnibus filiis quos
enutriuit. Duo sunt que occurrerunt
tibi. Quis condolebit super te. Vasta
tio et contritio et fames et gladius quos
consolabitur te. Filii tui proiecti sunt
dormierunt in capite omnium uiarum
sicut onager illaqueatur plenus indigna
tione domini increpatione dei tui. Ido
circo audi hec paupercula et ebria non
a uino. Hec dicit dominator tuus
dominus tuus et deus tuus qui pug
nauit pro populo suo. Ecce tuli de ma
nu tua calicem soporis fundum ca
licis indignationis mee non adicies